

HORRENDA ELVIO

DEPLORANDAE CALAMITATES

Grauissima detimenta,

In Comenses agros, suburbia, sacras eedes, &
canobia, per Coxiam cæterosq; torrentes
in Larium Lacum prorumpentes

XVII. Kal. Octobr. An. MDCX.

miserrimè inuecta.

Per Franciscum Ruscam Cæcum Comen-
sem breui, quām maximè fieri potuit,
oratione comprehensa.



MEDIO LANI,

Apud Pandulfum Malatetam, Imprentorem Cain.

9
HORAE INDIA
O V V I E

RESTITUTIO A JAC. CALVI DE PROL. ET
SOL. IN PRAECEPTIS ET RITIS

Imprimatur.

Frater Aloysius Bariola Augustinianus
Consultor Sancti Offitij pro Reueren-
dissimo Inquisitore.

Aloysius Bossius Canonicus Ordinarius
Theologus pro Illustriſſimo Cardina-
li Archiepiscopo.

Vidit Saccus pro Excell. Senatu.

Raphaeli Montorfano viro eruditissimo Franciscus Rusca cæcus Comensis perpetuam precatur incolumitatem.



Vam tua postulant erga me merita, quæ non modò referenda, sed neque cogitanda gratia consequi nunquam potero, multis affectus molestijs. (Humanissime Monteorfane) tardius ad te scripsi. Nec mirum: nosti enim quam animi tranquillitatem studiare requirant, qua profectò qui vacant, musas deserere, bonis artibus longum vale dicere, omnino necesse est. Et quamvis grauißima epistole tue capita me plurimum urgent, tamen quæ in honestissima Comensium regione hinc tristissimis temporibus miserrimè acciderunt, ut tibi nota sint, mea in te obseruantia vehementius urget. Quin immò de luctuosa Comensium eluione mihi aliquid ad te scribere possimum cogitanti, hanc prouinciam meis viribus sanè imparem, iuuenis ingenuus, rectissimis studijs, optimisq; artibus præditus, nostri amanissimus, Hieronymus Borsarius, quò gratius fore tibi asseruit, eò studiosius suscipere decreui. Sed

4
qui collyrio eget, cum cernere nequeat, hac ipsa
sacerdos spectanda quo pacto proponet? Ma-
iores fortunarum, & dium, fundorum quam ut à
caeo scribi possint fuisse ruinas, hinc facilius col-
liges. Vale Como, Kalendis Novembris. M.D.CX.

Agna incommoda per Coxiam Torren-
 tem rapidissimū, grauissimāq; detrimē-
 ta in agrum Comēsem, Sacras ædes, cœ
 nobia, domos miserrimè illata: Multa
 pistrina, Attienæ fundus, D. Martini pagus,
 templum D. Sebastiano dicatum, Sacra D. Bar-
 tholomæi ædes, pons fornicatus, Cruciferorum,
 Cælestinorum, D. Hieronymi Patrum, præterea
Monialium Claræ, Margaritæ, Catherinæ san-
 ctarum Virginum, Diui etiam Thomæ cœnobia,
 Portæ turris suburbia, Xenodochium, Pratum
 Pisanum, Dominicanorum Patrum fundus, D.
 Pantaleonis facellum, Collegium Gallium, vi-
 cus suburbium, tanta aquarum vi obruta sunt, &
 multis in locis deruta. Bresciæ etiam fluminis, cæ-
 terorumque riuulorum in Larium lacum fluentiū
 non sine graui atuorum Comensium iactura ma-
 gnæ effusiones, Diluuiæ, bella, hominuin clades,
 exustiones, cæteræque id genus calamitates, quæ
 genus humanum plerumque inopinanter oppri-
 mere solent, si à nobis, ut pat est, æquissima lance
 ponderarentur, non modo spe omni abiecta, quod
 belluarum extremum est, concideret animus, ve-
 rum etiam militi perciperentur fructus. Nā illa
 Dei Optimi Maximi immensa bonitas, cuius sin-
 gularis, & infinita pietas nullo spatio, nullis fini-
 bus circumscribi potest, ubi interiores impulsus di-
 uini afflatus, res secundæ, assiduæ Religiosorum
 patrum admonitiones, nihil profuere, ut tandem
 aliquando se colligant, recipiant, à depravata
 peccandi consuetudine meliorem frugem se
 recipiant, miserrimos peccantes acrioribus reme-
 dijs sape coercet. Quod si abominanda turpissi-
 moruim homidum scelera, quibus gradi s Divini
 Numinis indigatio, que cyporeo 103
 Clementissimi Dei per-

timiscendus furor vehementer concitatur, impunita, in ultraque ferri etiam diu videmus, nec pœnis, supplicijs, cruciatibus, quid? acerbissima morte de repente multari, de diuina iustitia, nihil nobis, quæ omnium tempora nouit, idcirco est verendum: si quidem supplicij tarditatem acerbitate pœnæ compensare solet. Quod quidem fat ali quadam virtute nobis contigisse arbitror, ut qui à summo omnium conditore, atque moderatore peccatis nostris auersi eramus, nulla diuini largitoris liberalitate allecti, non innumeris deliniti beneficijs, acrius tandem corrigeremur: atque utinam his salutaribus admonitijs animæ saluti consulamus, cæteris consoluuisse satis videbimur, **Qui** vībem Comensem runc adinistrabant prudenterissimi patres, vt vrbis angustijs ampliorem relinquerent locum, & incolas tanto aquarum discrimine liberarent, à sinistra ad dexteram prope montis radices, vt & riulos è proximis montibus fluentes, & pluvias sinu suo reciperet anno Millesimo ducentesimo sexagesimo quinto Coxiae torrenti rapidissimo per mediam vībem in Lariū lacum olim influenti, communī ciuium consensu alium adiutum patefecerunt. **Quo** autem Comensem sump̄ū id fuerit factum firmissimis muroruin aggeribus septum, ingentibus munitis vallatum, senis pontibus fornicatis instructum torrentis alueum, facile videre est. Iam tres aguntur anni quibus Idibus Octobris magna etiam eluuio nonnulla monialium cœnobia, agros magno Comensium detimento calamitosè inuaserat; sed illa nec grauium detimentorum magnitudine, nec agitorum vastitate, nec ædium ruina cum hac vlo modo conferenda est. Itaque XVI. Kalendis Nouembris cum nonnullis diebus pluvia haud

73

Ieuis præcessisset, quo die Deus Optimus Maximus lucem condidit, toto pomeridiano tempore, aer in vaporem concretus cœlum ita cœcis obduxit nubibus, ut vehementissimus statim adfuerit nymbus: cuius vim sanè inauditam quis scriptis, aut oratione complecti posset? ingenuè tamen fatebor, si adfuisses (suauissime Montorfana) expressam vniuersalis eluvionis esse imaginem verè dixisses. Occidente sole, nocte que insgruente, vis imbrum maiorterram obruere cœpit: tunc Coxia fluuius imbri crescens, ex proximis montibus præcipiti cursu lapsus ita intumuit, ut multæ pistrina, quæ à D. Martini valle aguntur, magno iinpetu deuastarit. Sed, quod profusissime dolendum est, rapidissimi torrentis, tam reperita vis extitit, ut molitores, & qui eam montis partem colunt, agrestes, concitatissimum bacchantis fluuij furorem nullis remedijs comprimere potuerint: tunc miserandum mortaliū oculis fese habulit spectaculum. Matres tanto mortis terrore, penè exanimatae filios vagientes ab incunabulis rapiebant; alij armenta abigebant; alij rem familiarem, quæque cariora erant à deterrimis hostis infestissimi faucibus extorquere conabantur; alij seruandæ vitæ studiosiores ædium fastigia celeriter petebant; multi etiam ex magna, & turbulentâ tempestate ad sublimiorem montis partem, tanquam in portum, se recipiebant: Feriebat æthera clamor, opem ferre laborantibus, subuenire omnino interdictum erat. Breuissimi temporis interuallo canales, rotæ, pistrina, ædificia, tanto excidio deturbata sunt, ut cum nulla daretur molendi facultas, yrbs Comensis annonæ difficultatem quadriduo fuerit passa. Eodem tempore Arienzam Comensem, villulam rapidissimus torrens deprædatus est, no-

8
bilem Bentiorum torcularum, magnam domicilijs
partem atrocitate pœnè incredibili deuotauit.
Exstat etiā nigra vorago, magna profunditatē de-
pressa, nec non aliorum Comensium agres, prata,
vineas funditus euertit. Quas verò iniurias Coxiae
inhærens D. Martini pagus non pertulit? quibus
detrimentis non est affectus? si missimam Taber-
narij domum, basibus circumfossis, salutem do-
mesticis fuga perentibus, cellam vinariam, dolia
vino plena, cibilia, lectulos, totam suppellectilem
rapidissimus torrēs, multa inuoluens arena, miseri-
rimè sepeliuit. Inde ingenti, quæ vndique flue-
bant, aquarum copia, flumen infestissimum, cu-
iūs immanis voracitas nulla miserorum pernicie
expleri poterat, maiori, quam ut verbis explicari
possit, imperu D. Bartholomæi pontem fornica-
tum, profecto munitissimum, de repente agressus
est. Quod genus dicendi (proh! Deus immorta-
lis) quæ vbertas ingenij, quod flumen orationis,
horrendos ingentium lapidum confictus, ma-
gnos fragores, rapidas, vortices posset, nō modo di-
cendo complecti, sed neque percensere numeran-
do? quòd incredibilis aquæ imperus ferebatur,
vix fluminis concitatā pons munitissimus repel-
lebat; quà fluctus pertinaciter repugnantes adi-
tum tentabant, munimenta, tanquam firmissima
propugnacula, acriter obstabant: aqua locorum
angustijs coacta exiliens pontem superabat, lapi-
dum, pontis, aquæ, aggerum luctuosus erat confli-
ctus: sed multa lignorum, atque arborum conge-
rie: quæ aditum aquæ intercluserat, magis ma-
gisque sequens voricibus rapidis, multaque stauus
arena, fractis propugnaculis propè pontem, sa-
ceramque D. Sebastiani ædem, quæ multiores ag-

geres repugnabant, tanto impetu stridore, tanto
fræmitu, quanto dici possit maximo. hostis deter-
rimus erupit, vicitque euasit. Nunc prodigium
æternis monumentis consecrandum, nullo modo
est silentio inuoluendum. Nam D. Sebastiani sa-
craæ domi pars posterior fluminis impetui obie-
cta, ubi purissima atque Beatissima Virginis Dei-
paræ veneranda imago cernitur, ad quam magna
fluit supplex fidelium frequentia, omnino fuit il-
laesa, nullum passa est detrimentum. fortes vero,
quæ ad portæ curris suburbia vertunt, constatruim-
que chorus, ubi diuina recitantur officia, munitis
summis punctis cum basibus excisis, tum euenis diui-
ni tempi fundamens, incredibili terrore subcu-
buerunt, inaudito fragore, ohrem miseram, pro-
stratae iactuerunt: tanta vastissime misera tuiua cu-
iusdam proximi factoris uxor, leui morbo impedi-
ta, magno percussa terrore extremum edidit spiri-
tum. Et sane nisi illac aditum rapidissimus torres
sibi aperuisset, antiquissimum monialium D. Cla-
ræ cœnobium solo funditus erat æquandum: nec
tamen euasit impunè; aqua enim magno impetu
irruens, ostijs deiectis, vectibusque fractis in ipso
atrio terram immensa profunditate effodit, hospi-
tia, porticus, farinariam, cellamque olearium, pe-
num, arena, congettaque lapidum multitudine
ebiuens, afflictis vineæ muriis totum cœnobium
graui iactura affecit. Moniales capite, fortuis om-
nibus periclitantes, quid agerent, quò se retinerent,
cuius opem implorarent, ad quem conseruent
vndique aquis obsestæ, prorsus ignorabant. Nam
qui citrä pontem incolunt suburbani, in iisdem
vitæ periculis constituti, rebus domesticis prospি-
cere suam, liberorumque salutem tuenti certatum

con-

conabantur. Huc maior accedebat calamitas; siquid
 dem frequentissimo campanarum ictu, horrendis
 vociferationibus, fœmineis ciulatibus, fræmitu ra-
 pidissimi torrentis, adde etiam multa nocte, nec
 quidquam auribus percipi poterat, nec imminen-
 tia pericula vitari. Suburbium, quod superius vo-
 cant, tanta aquarum imminestate natauit: urbis
 portæ præter consuetudinem statim patuerunt, ut
 si qua foret miseris opitulandi facultas à ciuibus,
 nulla intermitteretur. Et quamuis illustris, admo-
 dumque Reuerendus Nicolaus Coquius, qui Re-
 uerendissimi, ac Perillustris Philippi Archinti Co-
 gnensis Prouinciae Antistitis, Comitisque vigilan-
 tissimi vices gerit, vir cum præstanti prudentia, do-
 ctrina, viræ integritate, non etiam eximia pietate
 celeberrimus; nechon Illustrissimus, fortissimusq;
 Horatius Pallavicinus Equestri dignitate insigni-
 gus, Demarchus, urbis Comës rector, diligentissi-
 mus vir, & præstanti animi magnitudine, consilio,
 & commendanda in omnes pietate præstantissi-
 mus; plurimi etiam Comenses nobiles, multo ma-
 gne adsuerint miseris opem mira animi alacritate
 allaturi, tamen quis concitatissimi fluminis impe-
 rum compressisset? Sed ad calamitosiora, dete-
 rioraque mea festinet oratio. Erumpens igitur atro-
 cissimus torrens in portæ turris suburbium, vetu-
 stissimum D. Bartholomæi templum, Patrum Crù-
 ciferorum cœnobium tanta vi expugnare conatus
 est, ut nisi firmissimæ extitissent bases, & aliò adi-
 tum sibi non aperuisset, de templi, ac totius domi-
 cilij excidio magnopere timendum erat. Cordes
 trepidantes fenestris per gestatorias scalas Patres
 egressi vitam seruauere. Quæ supellectilis iactura
 fuerit, quæ cœnobij detrimenta, longiori explican-
 da

da effent oratione. Nunc Portæ turris suburbij de-
 plorandas audi calamitates, & mecum ipse inge-
 misce. Repentinus adest turbo, & saeuat tempestas
 à fronte, à tergo: suburbanæ domus magna aquarū
 obsidione tenentur, ingenti trepidant metu, proxi-
 ma imminet mortis imago, fluminis saeuissimè fu-
 rentis impetus omnia sternit, sternit officinas, diri-
 pit merces, cuncta ingenti miscet arena: magna
 fartoruin vasa olearia illice excisa, tanquam leuis-
 sima ligna nataræ cernebatur, quo trahebat impe-
 tus: vnde tabulas, sarcimina, calopodia, pelles, om-
 nium supellestilem in fossas, in ipsa mœnia abdu-
 cebat, tanto impetu irruens, ut nisi firmissima ob-
 stitissent ciuitatis propugnacula, de ciuium salute
 magnopere etiam veredum erat: euersis dolis om-
 nia vino, omnia permixta oleo natabant. Quid de
 Comensi Xenodochio dicam? cuius pavimentum
 licet alto loco situm, ab aqua tamen duobus cubi-
 tis superatum est, & equile cum Xenodochio con-
 tinens profligauit. Hoc fatali, ut ita dicam, casu
 sanè acerbissimo, mulierem in quadam ædicula
 commorantem irrumens aquarum copia obruit,
 miserrimeque interfecit. Torréfis frémittu, magnis
 miserorum vociferationibus omnia resonabant.
 Oh spectaculum, non modò hominibus, verum
 etiam motibus ipsis luctuosum. Pratum Pisanum,
 pistrinum citra fornicatum D. Abundij pontem
 sita, quæ Illustrissimi Abbatis Marci Gallij, viri am-
 plissimi, & integerrimi fundi sunt, Coxia Aprici
 fluminis effusione validior facta, prostratis muro-
 rum machinis magna feritate demolita est. Inde
 in Dominicanorum Patrum prædium irruens, vi-
 neam, necnon viridarium dissipauit. Hic atrocissi-
 ma iuxta Dominicanorum patrum cœnobia vallis

ex altissimo monte præcipitantis Coxiae Aprici flat
 minis conflictu Caribdis immensa profunditate
 cernitur vorago. Quibus detrimenis Sacra D. Pa-
 taleonis ædacula Collegium Gallium Illustrissimi
 ac Reuerendissimi Cardinalis Ptolomæi Gallij, vi-
 ri celeberrimi, Principis Religiosissimi suinima li-
 beralitate erectum, affecta sint, qui interfuerunt,
 ipsi narrare possunt. Non hucusque calamitas, sed
 longiori processit tramite. Mitto patrum Cælesti-
 norum ædes aqua obrutas: D. Hieronymi patrum,
 D. Margaritæ monialium antiquissima cœnobis
 tanta eluuiione operata, silentio inuoluo. Prætereo
 diruta pistrina bina Coxiae inhærentia, vnum Mar-
 garitæ, alterum Marthæ Sanctorum Virginum à
 Comensibus nuncupatum; iumenta aquis necata,
 quæ quoniam ad Illustrissimi Abbatis Marci Gal-
 lij prouentus spectant, quod eius prædia sint, nisi
 magnis sumptibus instaurati possunt. Hæc meri-
 diana luce clariora sunt, & multæ murorum infra-
 ctiones testantur; sed quid de cæteris monialium
 cœnobijs dicam? fluuius quam maximè sœuiens, no-
 uas sumens vires, conatu inualescens ad sacras mo-
 nialium arces Beatæ Catherinæ Virginis, & San-
 ctissimi Thomæ expugnandas audacissimus acces-
 sit non aliter, quam fortissimi duces ad compremē-
 dam pertinacissimi hostis temeritatem crebris bō-
 bardarum explosionibus, globis æneis urbis mæ-
 nia diuerberare solent. Itaque horribili monialiū
 stridore cœnobiorum propugnacula, murorum ag-
 geres ab aquarum ui' fluminis impetu auulsi hor-
 rendè ceciderunt. Vnda prorumpens in ipsas ædes
 furere, baccharique, omnia prosternens sœuissimè
 cœpit, diripuit res domesticas, diripuit penū, om-
 nia cæno impleuit. Quid profuit frequentissimus

campanarum i^{ct}us? quid implorata fides? quid cl^a
 mores? si omnes suburbanorum domus aqua na-
 tabant, expilabantur domicilia, si omnia rubeant,
 qui que pro viribus nitebatur, vt se, lucisque serua-
 ret incolumes. Totum vicum tanta aquarium vi
 sepultum Larium dixisses lacum. Quid mali Mo-
 niales non viderunt? quæ vitæ discrimina non su-
 bierunt? quis tantas rerum domesticarum redimet
 iacturas? & sanè nisi omnipotens Deus acerbissi-
 mat fluminum voracitatem compressisset, de cæ-
 nobiorum, suburbanorumque salute omnino actū
 erat. Qui verò publicis præsunt nobilium Comen-
 sium singularis prudētia nunquam satis commen-
 dari poterit: si quidem anno superiorē magnis sum-
 ptibus vallis ducis alveus magna temporum diu-
 turnitate multa arena, multisque lapidibus refer-
 tus, magno, & monialibus D. Laurentij, & Patri-
 bus Carmelitanis imminentे periculo, euacuatus
 est. Nam vallis intumescēs, vel potius rapidus tor-
 tens, nisi patentem aditum inuenisset, non leuem
 monialibus iacturam illaturus erat. Carmelitano-
 rum verò cænobium, licet aqua obrutum omnino
 eversus erat. Hactenus paucioribus, quām fieri
 potuit de maximis torrentum iniurijs: nunc de gra-
 uibus etiam flumen, & riuvorum in Larium
 lacum protum pentium detrimentis pauca dicen-
 da sunt. Brescia, multorum scriptorum historijs
 flumen omnibus notissimum, Olindæ Longobar-
 dorum Reginæ bis denis olim pontibus fornicatis
 summa liberalitate munitum, ex Generoso monte,
 altissimaque Heluetiorum rupe præcipiti delabēs
 cursu, licet patentem habeat aditum, tamen ma-
 gnis imbris, multisque vallibus, quibus vndiq;
 sepium tenetur, præter modum intuinescens, acri-

terminari, grauissima inferre damna s^epe consuevit. Sed si à concitatissimo Flumine eius lateri inhaerentes grauissimis detrimentis olim affecti sunt, nunc grauiora, longeque maiora extitisse procul-dubio asserendum est. Ipsissima nocte Mugij Heluetiorum pagibina pistrina, ingentes vrnos, arbores, vineas præcipites adegit. Sylvas, Classij prata, alia Comensium ædificia ingenti terrore elatum flumen depopulatum est. In hac tanta agrotum Comensium vastitate Excellentissimi Ducis Ptolemæi Gallij viri, & religione, & singulari pietate, & eximia animi magnitudine, rerumque gerendarum consilio præstantissimi, iuxta Larium lacum sita, quam Garuum vocant, egregia domus, maxmis sumptibus, mirabili quadam arte instructa, his omnibus, quæ ad amplitudinē spectant, munitissima, Garuui præter modum irruentis fluuij injurias non effugit: quod omnibus mirum videtur, id accidere potuisse; siquidem non recto, sed obliquo aqueductu firmissimis lapidibus obuallato si quando imbrium copia Garuus efferretur, insolentius ex altissimo loco impetus, præcipitantis aquæ facilius frangitur: huius tum ad hortorum irrigationes, tum ad tributa in piscinam ferenda beneficio utuntur. Fractis igitur munimentis elatori impetu quam maxime irruens, piscinam ingenti lapidum congerie obruens deuastauit; hortos, cæteraque non leui iactura affecit. Præterea riuuli suauissimo murmure in Larium lacum leniter suffientes, suæ oblii suavitatis, sœuierunt, intumuerunt; in agnorum fluminum vim obtinuerunt. Itaque agros montium acclivitate, quibusdam muris sustentos diripuerunt, sata strauerunt, vineas, saltus, ædiculas humiles, detimento incolarum sanè

15

incredibili in Larium prorumpentes adegerunt.
Tantas ærumnas, non modò qui sunt, verum etiam
qui futuri sunt, perpetuè lugebunt. Larium vñnis,
arboribus, lignis vbiique stratum, tabulas natare,
magnas lignorum huc , atque illuc ferri stiues,
nautas certatim ligna colligentes triduo cernebas.
Larius etiam insuetis fluminum tributis, tantaque
aquarum copia elatus, limites excessit suos, urbem
Comensem, inopinantes ciues nulla interposita
mora obruere conatus est. Sed, oh deplorandas
Comensium calamitates, dum incepto operi extre-
mam manum imposuisse videbar, vulnus refricatum est vj. Idus Nouembbris, cum biduo ante ma-
gnus fuisset imber, munitiones, quæ ad pistrina, ædi-
ficiaque instauranda magnis sumptibus factæ erat
iterum læuiens Coxia dissipauit, nec leui moniales
D. Claræ detimento rursus affecit. Hæc sunt (Do-
ctissime Montorfane) quæ pro tuis erga me iner-
tis ad te scribenda sigillatim putavi, quæ citius
etiam habuisses si per Antonium Ruscum Paro-
chialis D. Benedicti Rectorem, cuius opera vbiique
mihi præsto est, assiduis occupationibus impedi-
tum, id mihi licuisset.

